BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 110v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et extilla homine et iumentum? Propterea
hec dicit dominus contra ioachim
regem iuda. Non erit ex eo qui sede
at super solium david: et cadaver eius
proicietur ad estum per diem. et ad ge
lu per noctem. Et visitabo contra eum et
contra semen eius. et contra servos eius
iniquitates. Et adducam super eos.
et super habitatores ierusalem et super viros
iuda omne malum. quod locutus sum
ad eos. et non audierunt. Ieremias
autem tulit volumen aliud. et dedit
illud baruch filio nerie scribe: qui
scripsit in eo ex ore ieremie omnes
sermones libri quem combusserat io
achim. rex iuda igni. Et insuper
additi sunt sermones multo plures
quam ante fuerant. Capitulum xxxvii.
Et regnavit rex sedechyas
filius iosie pro iechonia
filio ioachim: quem consti
tuit regem nabuchodonosor rex babylonis
in terra iuda. Et non obedivit ipse et
servi eius et populus eius verbis domini.
que locutus est in manu ieremie
prophete. Et misit rex sedechyas iothel
filium selemie. et sophoniam fili
um maasie sacerdotem. ad ieremi
am prophetam dicens. Ora pro nobis
ad dominum deum nostrum. Ieremias autem
libere ambulabat in medio populi. non
enim miserant eum in custodiam car
ceris. Igitur exercitus pharaonis egressus
est de egypto. Et audientes chaldei qui
obsidebant ierusalem. huiuscemodi nuntium:
recesserunt ab ierusalem. Et factum est
verbum domini ad ieremiam prophetam
dicens. Hec dicit dominus exerci
tuum deus israel. Sic dicetis regi iuda
qui misit vos ad me interrogandum.
Ecce exercitus pharaonis qui egressus
est vobis in auxilium. revertetur in
terram suam in egyptum. Et redient
chaldei. et bellabunt contra civitatem
hanc: et capient eam: et incendent
igni. Hec dicit dominus. Nolite
decipere animas vestras. dicentes. eun
tes abibunt. et recedent a nobis chal
dei: quia non abibunt. Sed et si percus
seritis omnem exercitum chaldeorum.
qui preliantur adversus vos. et derelicti
fuerint ex eis aliqui vulnerati: singu
li de tentoriis suis consurgent. et in
cendent civitatem hanc igni. Ergo
cum recessisset exercitus chaldeorum ab
ierusalem propter exercitum pharaonis: egressus
est ieremias de ierusalem. ut iret in terram
beniamin: ut divideret ibi eam in pos
sessionem in conspectu civium. Cumque
pervenisset ad portam beniamin: erat
ibi custos porte per vices nomine
ierias. filius selemie filii ananye.
Et apprehendit ieremiam prophetam di
cens. Ad chaldeos profugis. Et respondit
ieremias. Falsum est. non fugio ad
chaldeos. Et non audivit eum: sed com
prehendit ierias ieremiam. et adduxit
eum ad principes. Quam ob rem irati
principes contra ieremiam: cesum
eum miserunt in carcerem. qui erat
in domo ionathe scribe. Ipse enim
prepositus erat super carcerem. Itaque in
gressus est ieremias in domum laci. et
in ergastulum: et sedit ibi ieremias
diebus multis. Mittens autem rex
sedechias tulit eum: et interrogavit
eum in domo sua. abscondite et
dixit. Putasne est sermo a domino?
Et dixit ieremias. Est. Et ait. In
manus regis babylonis traderis.
Et dixit ieremias ad regem sedechiam.
Quid peccavi tibi et populo tuo. quia
misisti me in domum carceris? Ubi
sunt prophete vestri qui prophetabant vobis